Attività di latino, giugno-settembre 2019

Classe I

Analizzare e tradurre (nell'ordine indicato) su fogli protocollo le seguenti versioni svolte durante l'anno, dopo aver ripassato i relativi argomenti indicati:

La vita a Sparta (I-II decl. con particolarità, agg. I classe, indicativo presente e imperfetto attivi e passivi; predicato nominale e compl. predicativi; complementi d'agente e di causa efficiente, di causa, di modo, di compagnia/unione; sub. causali; *is, ea, id*).

Spartae a paucis viris multi agri et multae divitiae tenebantur, ceteri viri contemnebantur, maxime Hilotae: nam Hilotae servi putabantur, quod agros colebant nec divitias habebant, et securi numquam vivebant. Interdum enim Spartani arma sumebant et miseros Hilotas telis hastisque caedebant.

Praeterea Spartae advenae ab oppidi incolis non amabantur atque saepe inimici existimabantur. Ob magnum advenarum numerum Spartani frequenter eos pellebant.

Sed etiam Spartani vitam bene non agebant: nam in bello cum inimicis semper occupati erant. Itaque feminis magna cum diligentia familiae curam committebant.

Il nibbio e le colombe (III decl. con particolarità, agg. II classe; pronomi personali e riflessivi; sub. temporali; compl. con l'ablativo, compl. di tempo; indicativo futuro semplice e perfetto attivi e passivi; infinito presente attivo e passivo).

Qui (= *Chi*, sogg.) se committit homini improbo, dum auxilium requirit, exitium invenit.

Columbae saepe milvum fugiebant et alarum velocitate mortem vitabant. Itaque milvus rapacitatem suam ad fallaciam mutat. Venit ergo ad columbas et dicit: "Cur sollicitam vitam ducitis neque me regem nominatis? Sic semper a me ab omni iniuria defendemini!"

Columbae iniquo milvo credunt et eum regem nominant. At milvus in brevi tempore incipit devorare columbas et imperium exercet saevis unguibus. Tunc una columbarum sic exclamat: "Merito (avv.) plectimur, quoniam vitam nostram tali latroni commisimus".

I Galli occupano Roma (IV e V decl. con particolarità; indicativo piuccheperfetto attivo e passivo; compl. di luogo con particolarità; participio presente e sue funzioni sintattiche).

Galli usque ad Clusium pervenerant, vastantes feraces Italiae regiones. Deinde barbari apud Alliam flumen Romanorum exercitus fuderant, et Urbem petiverant. Plurimi Romani milites perterriti Veios confugerunt, pauci eorum Romam pervenerunt, cladem nuntiantes.

Prima luce Galli ad Urbem contenderunt et castra inter Romam et flumen Anienem posuerunt. Postquam tanta clades nuntiata erat, Romanorum animi ingenti trepidatione commoti sunt. Cives imminentem hostium impetum timebant, quod ex Gallorum castris horribiles ululatus et feri cantus audiebantur.
Defensio Urbis temptata non est: omnes homines ad arma idonei in Capitolium confugerunt, mulieres et senes in finitimis civitatibus salutem invenerunt. Mulieres flentes domos suas cum pueris relinquebant. Postridie, prima luce, Galli Urbem occupaverunt. Postquam barbari Romam diruerunt et incenderunt, in Galliam cum magna praeda recesserunt.

Alessandro pretende anche dai Macedoni gli onori tributati dai Persiani al loro re (pronomi/aggettivi dimostrativi e relativi; participio perfetto e sue funzioni sintattiche).
Alexander Indiam et Oceanum petivit. Ex omnibus barbaris et provinciis tria milia iuvenum (= *tremila giovani*, acc.) delēgit et secum armatos eos perduxit. Illa regio dives erat non solum auro, sed etiam gemmis margaritisque.
Regis animus tantā luxuriā perditus est. Sed etiam honores sumpti ab Alexandro magni damni causa fuerunt: nam is divinos cultus semper sibi flagitabat et in conspectum suum tantummodo accipiebat Macedones prosternentes corpora humi.
Olim in convivio, dum Persae colunt Alexandrum patrio more, dux Polypercon (= *Poliperconte*, nom. masch.), apud regem cubans, irrisit unum barbarorum, quoniam ille humum mento contingebat. Alexander, irā captus, dixit: «Tu autem non coles me, regem tuum?». Statim rex illum detraxit e lecto et vehementi ictu praecipitavit in terram, clamans: «Tu facies idem quod paulo ante ridebas».

Il calzolaio che si finse medico e il re (participio futuro e sue funzioni sintattiche, perifrastica attiva; ablativo assoluto; imperativo presente).
Malus sutor, quoniam inopiā deperditus erat, constituerat migrare. Itaque sutor, lucrum facturus, in remotam urbem venit, medicum se finxit et falsa medicamenta venditare incepit. Vulgo decepto, brevi tempore magnam pecuniam et celebritatem comparavit.
Novi medici fama etiam ad regem pervenit. Rex admodum aeger erat, itaque eum statim arcessivit. Ille venit et regi celerem sanitatem medicamento suo promisit. Sed rex persuasus non est: scyphum poposcit et in eo aquam infudit, simulans (=*fingendo che fosse*) venenum. Deinde scyphum medico dedit et iussit: «Bibe venenum: si postea medicamentum tuum te servabit, tibi praemium ingens dabo!». Sed falsus medicus, mortem timens, recusavit, et veritatem aperuit.
Statim rex, irā captus, eum puniturus erat. Sed postea consilium mutavit, contionem advocavit et vulgi credulitatem duris verbis increpuit.